



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 Vtrum ipsum totaliter excuset.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ Super Quæstionibus septuagesime prima Articulus septimus.

I N artic. 7. habes, qd peccata sequentia amenciam, ebrietatē, & similia, quādo fuerint uoluntaria, imputantur, memēto quōd non imputantur, ut peccata illarum specierum sed ut circumstantia primorū peccatorum. Cum autem audis, quōd infirmitas corporis uoluntaria non excusat a peccatis sequentibus. intellige durante illius infirmitatis affectu. Post pœnitentiā enim etiam si corporis infirmitas perseueret, excusatur a peccatis sequentibus. Et hæc de isto articulo a me sub breuitate dicta sufficiant, quoniā nihil aliud necessariū, & notatione dignum scribendum occurrit.

Infr. ar. 8. ad 3. & m. q. 3. q. 10. cor.

Art. 2. huius q. & q. 76. art. 3.

ex passione incitatus: non tamē ita est uoluntatis proprius, sicut si sola ratione moueretur ad peccandum.

ARTICVLVS VII.
Vtrum passio totaliter excuset a peccato.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur qd passio totaliter excuset a peccato. Quicquid enim causat inuoluntariū, excusat totaliter a peccato: sed concupiscentia carnis quæ est quedam passio, causat inuoluntariū, sicut illud Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spūm, ut non queat; uultis, illa faciatis. ergo passio totaliter excusat a peccato.

¶ 2 Præ. Passio causat ignorantiam quādam in particulari, ut dictum est: sed ignorantia particularis totaliter excusat a peccato, sicut supra habitū est. ergo passio totaliter excusat a peccato. ¶ 3 Præ. Infirmitas animæ grauior est, quā infirmitas corporis: sed infirmitas corporis totaliter excusat a peccato, ut patet in phreneticis. ergo multo magis passio, quæ est infirmitas animæ.

SED CONTRA est, quōd Apost. Rom. 7. uocat passiones peccatorum non nisi quia peccata causant, quōd non esset, si a peccato totaliter excusaret. ergo passiones non totaliter a peccato excusant.

RESPON. Dicendū, qd secundū hoc solum actus aliquis, qui de genere suo est malus, totaliter a peccato excusatur, quod totaliter inuoluntarius redditur. unde si sit talis passio, que totaliter inuoluntarium reddat actum sequentem, totaliter a peccato excusatur, alioquin non totaliter. Circa quod duo consideranda uidentur. Primo quidem, quōd aliquid potest esse uoluntarium uel sicut se, sicut quā uoluntas directe in ipsum fertur: uel secundum suā causam, quā uoluntas fertur in causam, & non in effectum, ut patet in eo qui uoluntarie inebriatur: ex hoc enim, quasi uoluntarium ei imputatur, quod per ebrietatē committit. Secundo considerandum est, qd aliquid dicitur uoluntarium directe, uel indirecte, directe quidē id, in quod uolūtas fertur: indirecte autē illud, quod uolūtas potuit prohibere, sed non prohibet. Secundum hoc igitur distinguendum est, quia passio quāquid quidem est tanta, qd totaliter aufert usum rationis, sicut patet in his qui propter amorem, uel irā insaniunt; & tunc si talis passio a principio fuerit uoluntaria, imputatur actus ad peccatum, quia est uoluntarius in sua causa, sicut etiam de ebrietate dictum est. Si uero causa non fuerit uoluntaria, sed naturalis, puta cum aliquis ex ægritudine, uel aliqua huiusmodi causa incidit in talem passionem, quæ totaliter aufert usum rationis, actus omnino redditur inuoluntarius, & per consequens totaliter a peccato excusatur. Quāquid uero passio nō est tāta, qd totaliter interceptat usum rationis: & tunc ratio potest passionē excludere diuertēdo ad alias cogitationes, uel impedire ne suum consequatur effectum: quia membra nō applicantur operi, nisi per cōsensum rationis, ut supra dictum est. unī talis passio nō totaliter excusat a peccato.

D. 78.

q. 15. art. 4. & q. 77.

AD PRIMVM ergo dicendū, qd hoc quod dicitur.

citur. Ut non quæcunq; uultis, illa faciatis nō est ferendum ad ea, quæ sunt per exteriorē aduersionē ad interiorē concupiscentiæ motum. Velle est homo nunq; concupiscere malū. sicut etiam exprimitur id quod dicitur Ro. 7. Quod odi malū, illud facio. Vel potest referri ad uoluntatem pcedentem passionem, ut patet in continentibus, qui contra uoluntatem agunt propter suam concupiscentiam.

AD SECVNDVM dicendum, qd ignorantia particularis, quæ totaliter excusat, est ignorantia circumstantiæ, quam quidē quis scire non potest debita diligentia adhibita: sed passio causat ignorantiam iuris particulari, dum impedit applicationē communis scientiæ ad particularem actum, quam quidem passionem ratio repellere potest. ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, qd infirmitas corporis est inuoluntaria. effectus autem simile, si effectus uoluntaria, sicut de ebrietate dictum est, quæ est quedam corporalis infirmitas.

ARTICVLVS VIII.
Vtrum peccatum, quod est ex passione, possit esse mortale.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur qd peccatum, quod est ex passione, non possit esse mortale. Veniale enim peccatum diuiditur contra mortale: sed peccatum, quod est ex infirmitate, est ueniale, cū habeat in se causam ueniæ. Cū igitur peccatū, quod est ex passione, sit ex infirmitate, uidetur quod non possit esse mortale.

¶ 2 Præ. Causa non est potior effectu; sed passio nō potest esse peccatum mortale, nō enim in sensualitate est peccatū mortale, ut supra habitū est. ergo peccatū, quod est ex passione, non potest esse mortale.

¶ 3 Præ. Passio abducit a ratione, ut ex dictis patet: sed ratio est cōuertit ad Deum, uel auertit a Deo in quo consistit ratio peccati mortalis. peccatum ergo, quod est ex passione, nō potest esse mortale.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 7. quod passiones peccatorum operantur in membris nostris ad fructificandum morti: hoc autē est proprium mortalis peccati, qd fructificet morti. peccatum, quod est ex passione, potest esse mortale.

RESPON. Dicendum, quod peccatum mortale, ut supra dictum est, consistit in auersione a Deo ultimo fine, qui est Deus, quæ quidem auersio potest etiam contingere a ratione deliberante, cuius etiam potest contingere in subitis motibus. Hoc igitur solummodo potest contingere, quod inclinatio anime in aliquid quod contrariatur ultimo fini, non sit peccatum mortale, quia ratio deliberans non potest occurrere, quod contingit in subitis motibus. Cū autē ex passione aliquis procedit ad actum peccati, uel ad cōsensum deliberatum, hoc nō fit subito. unde ratio deliberans potest hic occurrere: potest enim excutere, uel saltem impedire passionem, ut dictum est. unde si non occurrat, est peccatum mortale, licet uideamus quōd multa homicidia, & multa adulteria per passionem committuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ueritas dicitur tripliciter. Vno modo ex causa, quia factus habet.

¶ Super quæstionibus septuagesime prima Articulus octauus.

I N art. 8. in rebus recole, quod primus motus adultērii est inuoluntarius: sed inuoluntarius est enim inuoluntarius: & in auersione dicitur. hoc est mortale, illud ueniale. Et hinc uidetur quod auersio per se non est mortalis, sed inuoluntaria. At si in rebus obiecti mouetur, ut in art. 8. de peccato ante distinctionem de conuersione, habetio.

q. 76. ar. 1. cor. 2. q. 1. q. 2. q. 3. q. 4. q. 5. q. 6. q. 7. q. 8. q. 9. q. 10. q. 11. q. 12. q. 13. q. 14. q. 15. q. 16. q. 17. q. 18. q. 19. q. 20. q. 21. q. 22. q. 23. q. 24. q. 25. q. 26. q. 27. q. 28. q. 29. q. 30. q. 31. q. 32. q. 33. q. 34. q. 35. q. 36. q. 37. q. 38. q. 39. q. 40. q. 41. q. 42. q. 43. q. 44. q. 45. q. 46. q. 47. q. 48. q. 49. q. 50. q. 51. q. 52. q. 53. q. 54. q. 55. q. 56. q. 57. q. 58. q. 59. q. 60. q. 61. q. 62. q. 63. q. 64. q. 65. q. 66. q. 67. q. 68. q. 69. q. 70. q. 71. q. 72. q. 73. q. 74. q. 75. q. 76. q. 77. q. 78. q. 79. q. 80. q. 81. q. 82. q. 83. q. 84. q. 85. q. 86. q. 87. q. 88. q. 89. q. 90. q. 91. q. 92. q. 93. q. 94. q. 95. q. 96. q. 97. q. 98. q. 99. q. 100.